



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Horror in scelere salutaris. Ibidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

**1630.** cant) iure iurando in teterimum ruri ergastulū compingitur. Miser transfuga non multo post tempore pñnas morte infelicissima luit, vt qui Deum nunquam nominare auditus est, præterquam cum Sacratissimum nomen sacri legis iuramenti violaret; malum verò dæmonem sibi adstare clamabat aspectibili & horrenda forma; Sacerdotem etiam scelus atque iniuriam exprobrantem. Sacerdos amotus Londonum, & liberiore vñs carcere, tandem Reginæ gratia liber postquam plures annos in eadem messe consumpsisset exul diem clausit Audomari, ubi à puero educatus & excellentiam quandam in Græcis & latinis consecutus, post studia Romæ & in Sicilia peracta multis annis cum laude docuit & præfuit Icholis, perpetuo licet Asthmate pressus & demum oppresus, cum annum ageret sexagesimum nonum, Professio-

**Horror in** **sceleris sa-** **lutaris.** Alteri amatoris hæretici captæ lenocinijs, cùm vt eo potiretur spopondisset se Protestantium sacra aditoram fors melior obtigit quam Antistitis filio: Vixenim in profani templi limen pedem intulerat quando ex horruit, & ad populum conuerſa, "Sci. tote, inquit, me conscientiâ reclamante huc venisse; & tu Domine Prædicans caue nè verbum in hac nuptiali ceremonia proferas quod rectum non sit ac necessarium; aliquin ego me illico proripiam." ) Tum rursus ad astantes,

"Sancte promitto me quoad vixero huc rursus nunquam ingressuram." ) neque fecillit fidem; reliquam enim vitam piè & Catholicè traductam hoc lucro cumulauit, quod maritum ad eiusdem fidei confortium post paulo inflexit, & in ea vterque ad exitum vñque perseverauit.

**Constantia nobilium Catholicorum.** Constantia vero nobilium Catholicorum hoc tempore vt Heterodoxis admirationi & stupori, ita Orthodoxis non exiguo fuit incitamento ad firmitatem & gloriam. Enituit inter cæcos Baro W ottonus (Parens Pickerinki, de quo libro quinto diximus) Hic Senex Octogenarius qui ad annos complures vix domo excesserat, de Religione appellatus sistit se Iudici. Perculit tantiviri præsentia congregatorum animos, eoqué magis quod vix haec tenus audisset Catholicus. (Acriti enim grandævæ, & inualetudini data fuerat duodecim annorum ab hæreticorum templis absentia) Iure quo nondum exciderat, secundus ei in sublellijs locus debebatur; At ille sella gestatoria inuenitus in comitium, inter reos se deponi iussit, etenim quandoquidem vt reus fuerat accersitus, æquum esse aiebat inter reos occupare locum: At non tulere Assessores: Itaque ad dexteram Iudicis. cùm consedisset, hanc aduentus rationem reddidit.

"Sum Catholicus: hoc mihi nunc criminis vertitur: diem tamen istum mihi præ cæteris totius vitæ diebus læriorem esse debere existimo, quo datur fidem palam coram omnibus profiteri: Non potui quidem non mirari quod hac ætate vir qui Reip. commodis pluribus annis inter primos inserviisse, quarto functus legatione ad exteriores Principes, Elizabethæ olim & Iacobo à Consilijs, huc loci sine villa præoccupatione vocarer; At causa mihi est optima, Religio; pro qua & annos, & opes, & quidquid demum mihi superest libenter Deo & vobis offero, vt si videatur secundum Leges vestras iudicetis.) In præsentiarum aliud actum est nihil;